nõ intelligis: Certe ipſa eſt illa affectio qua inordia-te ad infima inclinaris et adheres / ſiue ad gulam ſi-ue ad luxuriam / vanam gloriam vel ſupbiam vl'ho-minum laudem per eam traheris / cordis impuritas appellatur: quã impuritatem in caſu primi hominiſ contraxiſti: ſed ex tua aſſuefactione / affectiõe et ad-heſione multo amplius addidiſti / vt qui ſordebat p̄-us ſordeſcat iam amplius. Ecce hic eſt ſecundus deſ-cenſus tuuſ / in quem quanto longius deſcendiſti / eo opus habes pluribus aſcenſionibus vt redire poſ-ſis ad ſtatum rectitudinis / vñ cecidiſti.

De tertio hominis deſcenſu p̱ peccatũ mortale quo longiſſime abijt in diſſimilitu-dinis regionem. Ca. v.

Sed nec adhuc filius ꝑdigus ceſſat longius ire atq; ampli⁹ ꝑire. Nã quo plus it eo am-pli⁹ perit q̃ a deo auerſ⁹ recedit. Quid plu-ra: Omnibus conſumptis cũ meretricib⁹ venit ĩ re-gionem diſſimilitudinis / vbi ſe ubiecit vni ciuiũ re-gionis illius / ⁊ hic eum poſuit vt porcos eius paſce-ret: id eſt breuiter per peccatum mortale ſe diabolo ſubdidit / et in oĩbus motibus concupiſcentiarũ ⁊ de-ſiderioꝝ ſatiſfecit. Ecce homo quo nũc deueniſti in regionem diſſimilitudinis / non apparet veſtigiũ vir-tutis. He ſunt tres deſcenſiones quibus a ſtatu rectitudinis in regionem diſſimilitudinis lõgiſſime deſcendiſti.

De tribus examinatiõibus: et qualiter homo p̱ memoriã peccatorũ recuperat ſe-

ſuꝫ maxime vt ſentiat vltimū deſcēſū ſcꝫ ꝑ
peccatū mortale. ¶ Ca. vj.

P Oſtquā deſcenſus tuoſ vidiſti / congruū eēt
aſcenſiones diſponere: ſ; quoniā peccatum
frequēter comitatur cecitas et īſenſibilitas
vt qui peccato p̄mitur / nō tn̄ ſe ſentiat peccatorē / ſ;
fit ſtupidꝰ et naſcitur ei frons meretricis et duricia
cordis : vt nec deū iaꝫ timeat nec hoīes vereat̄. Igi
tur antequaꝫ aſcēdas ſtudioſe teip̄m debes diſcute-
re / et omnibus modis q̄bus poſſis niti vt ſenſum re
cuperes quo deſcenſum agnoſcas et peccata tua de
plores. Igitur vt noueris quātū per vltimū deſcen-
ſum / videlicet per peccatū actuale mortale grauiter
ſis prolapſus / et de loco in quo fueras cuꝫ haberes
naturā ītegrā ꝛ nō viciatā / poſitus diſceſſiſti / debes
teipꝫ diligēt̄ diſcutere ꝛ diſtricte examīare / vt tandē
oculos aperias et videre poſſis quo iaces ꝓlapſus.
Diſtricte igitur et ſi nō ſemꝑ / ſepe tamen teip̄m iudi
ca / formans in te primo et ꝯtractās quātū deo vnū-
qđq; peccatum diſpliceat / quantūq; horreat et dete
ſtet̄. Ut autē hoc melius ſentire valeas / diligent̄ ru-
mina / et donec ex affectu ſētias ſtudioſe pertracta ꝙ
adeo diſplicuit deo ſuꝑbia vt nobiliſſime q̄ndā crea
ture ſue nō parceret: ſ; Luciferū de celo ꝓiecit. Co-
gita an tibi parcet / quia forſitan melior aut nobilior
es. Cogita ꝙ Adā propter inobedientiaꝫ expulit de
paradiſo / ꝛ totū genus humanum originali iuſticia
ſpoliauit. Propter luxuriaꝫ ſubuertit Sodomam ꝛ
Gomorrā ꝛ in diluuio pene totum munduꝫ ſubmer
ſit. Et plura talia his ſimilia r̄citat tibi diuīa ſcriptu

ra. Cogita ꝙ tantum deo peccatum diſplicuit ꝙ potius ipſe voluit moriēs ſatiſfacere pro peccato Qȝ ipſm ſꝫm ſuam iuſticiam dimittere īpunitū. Si autem adeo duri cordis es vt ex hoc adhuc non expaueſcas lapſum tuum/ſic forma meditationē tuaȝ ſtudioſe ptractans / ꝙ diuina iuſticia aliter iudicare non poteſt qȝ opera tua merent. Eſt enim deus ītelligibilis quedam equitas incōuertibilis atqȝ indedinabilis/non minus pena maloꝝ qȝ gloria bonoruȝ. Certus igitur eſto ꝙ reddet tibi ſꝫm opera tua/nec relinquet aliquod malū in te impunitum. Si igitur hoc modo intus reuolueris/non credo quin timore concuteris/horrore obſtupeſcis. Tunc igitur tertio veniat memoria et in mediū ꝓducat omnia peccata tua ꝑterita grauia maximeqȝ maxia. Cogita qȝ multa pctā cōmiſiſti. Pene eniȝ omni die/omni hora ante conuerſionē tuaȝ grauiter deliquiſti. Quis numerabit quot peccata cōmiſiſti corde ore et opere? Deinde percurre ſingula/et vide qȝ grauia ſunt quibus deum omnipotentem ⁊ terribilem iudicem patrēqȝ dulcem et benignū qui pro te tanta fecit et ſuſtinuit offendiſti/et quodāmodo iterum crucifixiſti. Deinde reuolue qȝ ſint quedam eoruȝ turpia / maxie quātuȝ ad carnalia/q̄ tamen magis ſuccincte debes trāſcurrere/ne immunda ſubrepat delectatio īmorāti.

Quis etiam iam ad dominum ſis conuerſus/nō tamē hanc vilipendas memoriam peccatorum/ ſed et tunc adde vt etiam ſumma diligentia pertractes peccata tua que poſt conuerſionē cōmiſiſti. Cogita ſingula vitia quibus adhuc ſordes. Cogita in ſingulari de ſuperbia tua quanta ē/quantum concu-

piſcis honorem: laudes deſideras/ad altum ſtatū aſpiras. Cogita q̄ȝ tepide/q̄ȝ infructuoſe tot annos in diuino ſeruitio expēdiſti/vix ſcis inuenire profectū et in his peccatis que poſt conuerſionem cōmiſiſti forſitan grauius puniet te deus tanq̄ȝ magis ingratum. Deinde cum hec ita in cogitatu tuo examinaueris/diligenter pertracta q̄ȝ modicam pro his omnibus feciſti ſatiſfactionem: quā modica fuit tua cōtritio: quā parua opera in nullo ſatiſfactoria/ ſciens certiſſime q̄ vel hic vel in futuro omnia reddes vſq̄ȝ ad minimū quadrantē. Sed in futuro ſm Bernardum. centuplum reddes qd̄ hic ſimplo ſoluere poſſes. Hec igitur et his ſimilia cum peccator in cogitatione reuoluerit: et ſe timore percuſſum/ ⁊ dolore interno perfuſum ſenſerit: tunc cor ſuum humillime ⁊ dolore plenum immediate dirigat ad deum ſuū orationem faciendo: et ipſius bonitatem et miſericordiam cum ſummo deſiderio implorando: mutationeȝ vite et emendationem morum promittendo/et promiſſionem dei adiutorio adimplendo. Hanc tamen formulam meditandi aut ſimilem ita debes dirigere/vt non incidas ī deſperationem/ſed inflammeris ad ſatiſfactionem et emendationē: vt promptus ad oēm laborē et omniū paſſionum tolerātiā efficiar̄.

De ſecunda examinatiōe qua hō ſeipſȝ diſcutit d̄ toto ſtatu ſuo interiori et exteriori: ⁊ p̄ quā venit ad hoc vt ſētiat p̄mū deſcēſū et viriū aīe deſtitutiōȝ. Ca. vij.

U Cāt p̄mū lapſū ⁊ deſceſū tuū p̄ Adā ⁊ viriū